Quæ vitam de morte vides Ut munera petrus
Senſit adeſſe dei quib⁹ eſt reddenda ſaluti
Quæ defleta iacet. fatur cōuerſus ad illam
Surge tabita. vocata redit luciq̄ʒ reducta
Se ſtupuit ſupereſſe ſibi. quam ꝓtin⁹ ipſe
Prendit. ⁊ erectam turbis gaudentib⁹ offert
Illa man⁹ petri meruit cōtingere dextram
Pauperib⁹ quæ larga fuit. qua vita reuertēs
Cætera mēbra leuat. corpuſq̄ʒ itura ꝑ omne
Hanc ſubijt. q̄ cauſa fuit. Si iure mouemur
Inſtaurata dies aīæ patet apta figuris
Quam nimis antiqui dep̄ſſerat vmbra pericli
Ad vocem cōuerſa petri caput ante grauatū
Legis in obſcuræ gremio velud altera ſurgēs
Eccleſiæ p̄ſente leuat. tenebraſq̄ʒ repellit
Lux operū comitata fidem quia legis ab ore
Nō fuerat ꝓmiſſa ſalus q̄ʒ fonte renatis
Gratia ꝑpetuæ cœpit dare munera vitæ

De eo vbi hora diei noua cornelio cēturio ni āgel⁹ nūciauit q̄ elemoſinæ ei⁹ et orōnes deo placerēt admonēs eū vt ꝑter agnoſcen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 28

De paralitico a beato petro in lidde curato.

Peruigil excubijs cōmiſſi petr⁹ ouilis
Poſtq̄ cūcta. vidēs luſtrauit in ordīe ſcōs
Per lidde tulit arua gradus. vbi mœnib⁹ aſtans
Reſpicit æneam defunctis viuere mēbris
Atq̄ aīa nodis laxata mole ſolutis
Non morīete mori. Surgēs paralitice dixit
Lectorem cōpone tuū. nec reddere tardes
Officiū portate diu Quo munere vocis
Stringit in ſolidū qui fluxerat antea neruis
Tunc iteꝝ format⁹ homo lōgiq̄ cadauer
Temporis extinctos ad vitā ſurrigit art⁹
Seq̄ leuās vacui linquit monumēta cubilis
Quod miſero pars mortis erat. plebs cuncta ꝑ illam
Cœpit ſtare viam. multiſq̄ ſuꝑuenit ampla
Uni⁹ languore ſalus. tactoq̄ liquore
Expulit incluſi ſua mox cōtagia morbi
Fonte lauās aīas alieno robore firmas
Eloquar hinc ſacræ q̄ ſint archana figuræ
Si mihi corda mouet. cui⁹ vox corꝑa reddit
Octo ꝙ annoꝝ languoris ꝑditur ætas
Iure ꝑ hoc temp⁹ membris defecit ademptis
Antiqua ſub lege iacēs. Iugulācia quippe
Vulnera ſemꝑ habēt. quoꝝ fit ſauci⁹ infans

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 28

Octauo veniēte die. Sanauit ab illa
Parte grauē lacerūq; diu diſcrimine carnis
In liquidis ſolidauit aq̄s. octau⁹ vt ægrum
Solueret a plagis extincti corꝑis annus
Quo numero veniēte die: ſolemne reſurgens
Jam chriſt⁹ ſacrauit opus Stat temporis vſus
Sed voto meliore redux Hinc vulnera ſerpūt
Hinc ablata ruūt. ibi ſubdit regula penis
Hic purgat medicina vadis. ſpacioq; priore
Dudum laxa neci ſtringūtur mēbra ſaluti
Signatis etiam numero paralitic⁹ annis
Ille iacebat iners. cui prima mota ſyloa
Heu nullas p̄ſtabat aquas. piſcina ligata
Porticib⁹ iūcta fuit nāq; atria quinq;
Ad ſua clauſtra tenet. ꝑ quinq; volumīa moyſi
Legis accepta modum. cui⁹ circūdata gyro
Debilis æternū vidit ſine munere ieſum
In libris ægrota ſuis. Hinc eripit vnū
Cui veniēs peccata tulit. Quam rite figuram
Mundus vbiq; gerit quem poſtq; ſabbata ſoluēs
Impulit ad fontē. ſupauit gratia legem
Petr⁹ ad eccleſiam reuocat documēta magiſtri
Cui⁹ in orbe manu paralitic⁹ exilit vnus
Et gradiente fide ſua vincula p̄icit orbis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 28

Cum putei ſuꝑ ora ſedens per vaſa puellæ
Pocula q̄rit aquæ requiē facturus vbiq;
Ecclesiæ de fonte ſuæ Qua petr⁹ in hora
Eſurit. ille ſitit. pius ad ſua dona magiſter
Addere ſemꝑ amās. cui noīs auxit honorem
Dat pariter nutrire fidem. Lætabit̄ orbis
Hac ſaturāte fame. q̄ munere pinguior omnī
Delicioſa fluit. nullūq; relinq̄t inanem
Perpetuas latura dapes. Qui ſoluere noſti
Excute petre meæ retinacula tarda loq̄læ
Deq; tuis epulis exhauſtæ porrige linguæ:
Clauiger æthereus cœlum cōſpexit apertum
Viſus honore ſuo. demittit̄ inde figura
Vaſis. vt in terris ſic viſio corꝑe petri
Omnia poſſe capi. qui quicq̄d ſumit edendum
Eccleſiæ facit eſſe cibū. ꝓfertur imago
Quattuor ordinib⁹ ſe ſubmittentib⁹ vna
Eccleſiæ forma eſt. q̄ quattuor eminet orbis
Partib⁹. ⁊ laxat totidem ꝑconib⁹ ora
Omne gen⁹ retinēs pecudum volucrūq; ferarꝫ
Reptiliūq; ſimul. Mortalib⁹ iſta cohærent
Ex meritis viciſſq; ſuis. Patet ergo ꝙ autor
Iuſſit in eccleſiæ tranſfundi viſcera gētes
Macta ⁊ māduca dum ꝑcipit. abſtrahe qđ ſunt
Et tibi fac ſimiles. Qui vertit̄ alter habetur

Deniq; ſaul⁹ obit. quia paul⁹ viuere cœpit
Abſit petrus ait. Quāta eſt reuerētia ſancto
Legis ⁊ eſuriēs oblatus reſpuit eſcas
Ter ſonuit dn̄i vox. q̄ dictata ſaluti
Hoc genitor natuſq; ſimul ſanctuſq; peregit
Spirit⁹: huic fidei pugnax cadit arrius vnū
Perſonas tres eſſe negās Sabellius vnū
Sed patrē cōfeſſus ait. qui deinde viciſſim
Filius ⁊ ſanctus dicat̄ ſpiritus idem
Sed totum ſit vt ipſe pater. quoq; ordine trino
Cōtinet vn⁹ apex hic diuidit. ille relinquit
Victus vterq; iacet. nam iuſſio trina mouētis
Perſonis numer virtutib⁹ indicat vnū
Quod vocat īperio gētes. hoc credere fas eſt
Si volum⁹ complere fidem Facis oīa chriſte
Sanguine mūda tuo lateris q̄ fluxit ab ictu
Diſcrete cōiunctus aque Maculoſus oberrat
Anguis ⁊ extinctum limphis gemit eſſe venenū

De eo q̄ petrus dubius de viſione eos q̄s cornelius centurio miſit excepit īuitatuſq; ab eis pariter ad ipſum cornelium eſt pfect⁹ quem ad pedes ſuos ſe iactare phibuit atq; cum incepta pdicatione ſpirit⁹ ſanctus ſup uenisſet mox eum cum ſuis omnibus baptizauit ⁊c̄.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 28

vā fidē ad btm̄ petꝝ mittet q̄d ꝫ fecit tres ad
ipm̄ mittēs. q̄ pm⁹ baptizatus ē ex gentibus

Cæſarea venerand⁹ erat corneli⁹ vrbe
Gentili de ſtirpe ſatus. quē dedita cauſis
Vita pijs ſacrauit aquis. cœpitqꝫ gerēdo
Credere q̄ geſſit quicq̄d baptiſmate lotis
Cōſuenit p̄ſtare fides. Nam miſſus ab aſtris
Angel⁹. hunc adiēs. ſummi cōſpectib⁹ inquit
Stant dn̄i quas fundis opes. q̄ v̄ba p̄caris
Premia ne deſint v̄tutib⁹ accipe certam
Huc petro veniēte viam Sic voce choruscās
Nunci⁹ æternis fixit mādata lauacris
Nona fuit tūc hora. magis qua rectius hora.
Prodiret iam trina fides: Quod tercia ſimplex
Hoc iterꝝ ter trina docet. ſacrāqꝫ figuram
Singula ter faciūt. ⁊ ter triplicata fatentur
Hæc eſt nona potēs. oculos q̄ reddidit orbi
Poſt tenebras remeāte die. cum ꝑtulit ortum
De radijs lux nata crucis cunctoſqꝫ repleuit
Hoc ſine fine iubar. nam mūdum cōſtat onuſtū
Gentib⁹ eſſe locum quib⁹ in baptiſmate lotis
Plena repurgato fulſerūt lumina mundo
Hanc ſolet ille ſequi denari⁹ omnia donās
Quem p̄cepta decem ſeruantib⁹ arbiter offert
Nec ſinit vt tardos p̄cedant ære priores

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 28

Temporis huius opem quam ſacri fontis adiuit
Preuius o vtinam noſtræ petat actio vitæ
Mortaliſq; ſibi ſtudiū ꝓponat origo
Ut credentis amor reꝝ ſpeculet̃ honorem
Et ferat exemplū meritis qui p̄buit vndis
Iāq; capax fidei corneli⁹ indice voto
Ad petꝝ trāſire iubet. Cōfeſſio trina
Sic veniet generātis aquæ. numerūq; ꝑ ipſum
Europæ atq; aſiæ libyæq; tenebit orbis

De eo vbi beat⁹ petrus hora diei ſexta cū eſuriret ī cœnaculo vas ſibi cū oīm aīaliū generib⁹ oſtendi vidit. vñ cum ſe negaret poſſe comedere audiuit vocem referentem ſibi ne immūda aut cōmunia diceret quæ deus mūdauit. et hoc ter factum eſt

ARdua ꝑgredit̃ cœnacula petr⁹ adire
Iam medio torrēte die. loc⁹ inſtruit altus
Deſpiciēſq; ſolum. petꝝ cœleſtia ſemper
Nō terrena ſequi. ſextæ quoq; circul⁹ horæ
Detegit ætatē. qua ch riſtus venit in orbem
Largiri ſaluātis opem. Numeroq; dieꝝ
Pretulit exemplum quo cōdidit antea mūdum
Quem vetat hac eadem veniēs ætate redemptor
Peccati ditione p̄mi. ſic deniq; ſexta
Fert̃ ⁊ illa geri. feſſus de calle magiſter

COmperit accit⁹ quæ ſit ſua viſio petr⁹
De merito q̄ nomen habet. nam petr⁹ hebræo
Agnoſcēs ſermone ſonat: ꝑ munere chriſt⁹:
Sic vocitare dedit. quo cognoſcēte pateſcit
Deſcēdit viſurus eos quos miſerat illuc
Qui laticum queſitor erat Deſcēdere petrus
Dicit̄ ad plebem veniēs gentemq́ȝ nouellam
Quæ nec dum cognorat aquā. pars merſa ꝑfecto eſt.
Sacro fonte carēs cui⁹ via ducit cūtes
Ad patriæ melioris opem qua pergere ceſſans
Nō intrat quo vita vocat Comitātib⁹ hiſdem
Cornelij ꝓperat celeſtia regna daturus
Sanctificare domū. genibus quem poplite flexo
Nō ſinit aduolui. gratis dare munera ſuetus
Arcet honoris op⁹. Caput hinc nou⁹ erigis orbis
Qui percuſſus eras antiqui dente parentis
Natalemq́ȝ tibi fons reddidit edite rurſus
Ne preme colla tuis alienis libera culpis
Ut primū fari ſublimia dogmata petrus
Cœpit ꝛ æterni miſteria pandere chriſti
Magnanimes ſtupuere viri. vocēq́ȝ ſequētes
Inuenre viā Quid nō credentib⁹ offert
Indubeitata fides: cui nunq̄ȝ munera tardāt
Nec faciūt diuina moram. Mox ſpūs almus
Indulgens varias opulēto munere linguas.

Cōpleuit ſine more domū. baptiſma frequētat
Petrus vt ablutos flāmis purgaret in vndis
Exemplo caret iſte locus quo ſpūs almus
Preuenit quas ſanxit aquas. qui talia ſemꝑ
Addere dona ſolet. ſoliſqꝫ ex fonte renatis
Impoſita ꝓperare manu. Serit iſta viciſſim.
Ne quiſqꝫ putet eſſe ſuū meritiſqꝫ venire
Quod variat qui ſponte parat. nam ſpūs almus
Neſcia menſuræ fert ꝓmia. pluſqꝫ miniſtrās
Quam ſperātis erat ꝓcedit gratia votum

De eo qꝫ beato petro ad hieruſalē regreſſo inqſtio ab aplis fiebat cur gentib⁹ verbū dei ꝑdicaſſet. Quib⁹ ſuam viſionē retulit ꝑ quā oſtendit. quia diuina iuſſione gentiles fuerint baptizati

Peruenit hinc abiens ſublimē petr⁹ in vrbem
Quæ ꝯtinet vexilla cruc[is] plebs cūcta reqrit
Gentib⁹ vnde ſalus. aperit quib⁹ omnia doctor
Subiungēſqꝫ monet nunqꝫ fas eſſe negari
Quæ veniūt bonitate dei Sententia voce
Digna pij mōſtrare palā cuſtodis amorem
Vt velit ad cunctos cœleſtia regna patere
Qui tenet has ſine fine fores Quid turba ꝗrelis
Gaudia noſtra teris. Non ſunt noua munera petro
Tot vicibus ſignata prius. cum nominis almi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 28

Hinc chriſtus dat laude frui. quem iura locauit
Eccleſiæ portare ſuæ. cum litore naues
Proſpiciēs aſtare duas. p̄cœpta miniſtrās
In petri vult puppe vehi Synagoga ꝑfecto
Sicca remāſit humi. poſtq̄ doctrina magiſtri
Eccleſiæ dedit alta ſequi. ſtat ꝑfida terris
Iam pelago currēte fide. ſua quippe figura
Heſit vtriq; rati. Ioſeph iudea vocabat
Hunc natum: cui petrꝰ ait. tu chriſte ꝓbaris
Filiꝰ eſſe dei. ꝓs hæc defigit aruis
Quæ cecidit terrena ſequēs. ꝓceſſit in altum
Quæ credit diuina loquēs cum piſce ſine vllo
In tenebris captura fuit. nam tp̄e lucis
Lux q2 chriſtꝰ adeſt ſpoliat vada ſalſa draconis
Vt cunctos ad litꝰ agant ſacra rethia fontis
Et de cerulei rapiant fauce ꝓfundi
Nam mare mundꝰ erat. cuiꝰ de gurgite petrꝰ
Humida lina trahens v̄bo piſcāte carinas
Cōpleuit maiore ſinu. quia turba duobꝰ
E populis ventura foret genteſq; leuauit
Tunc famulante ſalo plenaq; in puppe fatetur
Eccleſiam cuiꝰ placida ſtatione recondit
Quod dn̄i ſermone capit qui dixerat ante
Eſſe alias quas q̄rit oues. has nempe parabat
Quas nunc rite vocat ꝑ quas clemētia petri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 28

Congregat æthereis humana peculia ſeptis
Nō decrit ſua fama locis. petr⁹ omnia prendens
Bethſaida ſatus vrbe fuit. q̄ noīe hebræo
Venatoꝝ eſt dicta dom⁹ Quam ver⁹ ab illa
Eccleſiæ venator adeſt. qui cuncta peragrans
Cinxit ⁊ ad fidei collegit retbia gentes

De eo vbi petrus cum cuſtodiret in carcere nocte ad eum angelus domini ingreſſus ē lumēqꝫ in habitaculo carceris ſupernū reſulſit ac percuſſo eius latere ſecum ipſum petꝝ angel⁹ eduxit vbi ſe porta ferrea q̄ ad hierusalem mittit aperuit. ibiqꝫ ſe vere liberatum petrus agnoſcens deo grās egit ⁊c̄.

Clauditꝛ obſcuro ſed nō ſine lumine petrus
Carcere nec pn̄t tenebræ caligine furua
Eccleſiæ celare diem. cōmune ꝑ omnes
Supplicium timor ille facit cuſtodia petri
Publica pena fuit. ꝓpriū ſed paſtor ouile
Seruato cuſtode regit. quem ditat honore
Ter dominū confeſſus amor. De nomine petræ
Nomen petr⁹ habens æterna vocabula portat
Fundamēta gerens nunq̄ꝫ paſſura ruinam
Expectate tuis cunctoqꝫ in tempore care
Et nobis iam petre veni. ſimul omnib⁹ exi
Quos ſtimulat iam cura prior Iam nocte ꝓfunda

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 28

Angelus aſtra ferens ergaſtula candidus intrat
Se comitāte die.cœli veniēte miniſtro
Carceris vmbra fugit.pulſæ periere tenebræ
Lucifero radiāte nouo color exulat ater
Et mutata vident nocturna crepuſcula ſolem
Cuſtodū vallāte manu.int̄ vincula petro
Corpore ſomnꝰ erat.ſed cū vigilaret in illo
Quæ neſcit dormire fides hoc cātica clamāt
Dormio corde vigil Læti documēta figuræ
Diſcite qui liquido meruiſtis fonte renaſci
Et quæ forma manet ſacrato in corꝑe petri
Cernite corde pio.docet hāc ṽtutis aperte
Angelꝰ ipſe viā tangēs latus impulit in qua
Eccleſiæ ſtat ꝑte caput.qua nunciꝰ ortam
Mouerat inde leuat Lateri ſubnexuit archæ
Oſtia ſancta noe clauſis aīalibꝰ hinc eſt
Diluuio vaſtāte ſalus.ꝑducit æua
Dormitāte viro lateris generata ꝓpago
Nomen habēs vitæ ſi nunq; culpa fuiſſet
Sic māſura magis.Chriſtꝰ poſt miſticus adam
Dignatꝰ dare mēbra cruci atq; in carne perempta
Morte p̄mi qua vita redit noua dona liquoris
Per lateris ſacrauit iter Nūc angelꝰ iſta
Petrum parte vocat.mens credat vt oīs in ipſo
Eccleſiæ cōſtare decus.teneatq; ſuperno

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 28

Aſſertore fidem. quo calciamenta monente
Hij meruere pedes. tetigit quos dextra magiſtri
Quæ totũ mũdauit aquis. Gradientib' illis
Cõcluſæ ceſſere fores Putat omnia ſomno
Ludificãte geri. cui p̄mia vera parauit
Maieſtas ignara doli Jam ferrea clauſtris
Porta patet. rigidi laxãt ſua vincula poſtes
Gentib' abſcindens duræ feritatis acumen
Aſpera cuncta domat ne ianua fixa vetaret
Orbis iter quo curſus erit. Hic gloria rex
Ferrea q̄d mirum ſi cedũt oſtia petro.'
Quem de' æthereæ cuſtodem deputat aulæ
Eccleſiæqȝ ſuæ faciẽs retinere cacumen
Infernũ ſupare iubet. Mox liber ab hoſte
Diuinũ celebrauit opus quem prima puella
A tenebris remeare ꝓbat. quia gratia chriſti
Rem dedit eſſe parem. viſus adit ipſe reſurgẽs
Fœmineos loquet' redeũtis gloria carnis
Ad ſexum quẽ mater habet Patet hinc quoqȝ vatem
Eccleſiam ſenſiſſe ſuũ q̄ gaudia portet
In cunctũ diffuſa gregem Quis talia fando
Explicet aut ꝟbis attollat pondera rerum.'
Maxim' ille pauor gelidos q̄ ſtrinxerat artus
Læticiæ mẽſura fuit. manet omne ꝑ æuũ
Pignoris hui' apex ⁊ ſideris optinet inſtar

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 28

Corpore qđ petr⁹ ſacrauit ⁊ angelus ore
His ſolidata fides his eſt tibi rhoma cathenis
Perpetua ſal⁹. hac circūdata nexu
Libera ſemꝑ eris. Quid enī nō vincula pſtāt
Quæ tetigit q̄ cuncta poteſt abſoluere: cui⁹
Hæc inuicta manu vel relligioſa triūpho
Mœnia nō vllo penit⁹ quatient̄ ab hoſte
Claudit iter bellis q̄ portas pādit in aſtris

¶ Explicit liber pm⁹. Incipit ſcđs vbi paul⁹ in papho ciuitate p̄dicare cœpit

Spirit⁹ accenſam v̄bo radiāte lucernā
Sub modio radiare vetans ſecernite paulū
Dixit in oris opus. quē mox ſacrauit euntē.
Impoſita petr⁹ ille manu. cui ſermo magiſtri
Omnia poſſe dedit Cyprū ſalaminaq; linquēs
Pergit adire paphum. qui fert̄ amorib⁹ olim
Dedita ſacrilegæ manſiſſe libidinis antrū
Aligeroſq; vagos ſtudio coluiſſe pcaci
Hinc opeꝝ pcedit apex. quia gratia maior
Ad delicta venit Culpas huic poſſe remitti
Exemplū iam paul⁹ erat. Quam ſplendida laudū
Materia eſt adiecta viro. Primordia caſta
In luxus regione ſerit. fructuſq; pudicos
Multiplicat laſciu⁹ ager. cui neſcia poſt hæc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 28

Difficiliſq; foret. cū ſic videatur honeſtas
De turpi cœpiſſe loco? pars ne qua vacaret
A meritis ieiuna. Tamē molit̄ iniquus
Eloquio certare magus. Cōtraria ſemꝑ
Virtuti fecere viam. Jaculāta retorquēs
Eccleſiæ bellator ait. fallacia mōſtrat
Quo pereas genitore ſatus. cōfinia mortis
Jn tenebris patiere tuis. neq; cernere ſolem
Temp⁹ ad vſq; dat̄ rerūq; attēdere formas
Artificem quib⁹ eſſe negas Tūc nubila vultū
Cæruleis fixere notis ⁊ pectoris atri
Venit in ora color. q̄rit iam calle negato
Quo duce tut⁹ eat. cui⁹ pede greſſib⁹ inſtat
Quis tribuat miſerat⁹ opem. vacuaſq; ꝑ auras
Erroris palpauit iter. Procōſule paulus
Mox didicit lucere fidem. cui cauſa videndi
Nox aliena fuit. Nō ſunt noua paule ſalutis
Obſeq̄a. e tenebris lucem bñ ſurgere noſti
Omnia ſecretā reſerāt documēta figuram
Si libeat vigili pulſare latēcia ſenſu
Jure docēs paul⁹ miracula condere cœpit
Ex oculis iubar vñ ſui micat alti⁹ oris
Amiſſo creſcēte die Sic nuꝑ iniquū
Subdere dign⁹ erat tenebriſq; patentib⁹ hoſtem
Vincere. qui cæc⁹ meruit ſine fine videre

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 28

¶ De eo q̄ paul⁹ antiochiæ p̄dicās de egreſ
ſu populi iſrł intulit rationem

Antiochi dictam de noīe viſitat vrbem
Paul⁹. ⁊ ex tēplo ꝓperat dare v̄ba cateruis
Quas ſynagoga tenet. dextraq̄ ſilētia mandās
Noſtis ait patrib⁹ tellus ægyptia noſtris
Qua poſuit feritate iugum crudelib⁹ aruis
Quos rapuit ꝑ ſigna de⁹. quib⁹ omnia cedens
Mutauit natura vices. cum v̄ga fugauit
Terga maris. fluctuſq̄ ſuis ſtetit exul ab oris
Puluereo de calle placēs pontiq̄ facultas
Obſequio eſt ſubiecta pedum redeūte ꝓfundo
Naufragiū factura reis q̄ vertere iuſſa
Per varios ſua iura modos. hijs ſtrauit harenas
His cumulauit aquas. iuſtis via. fontib⁹ vnda
Cum ꝑcuſſa ſilex venis ſpumauit aptis
Aequoreos enixa lacus de vertice ſicco
Flumineū largita vadū nec priſtina morem
Geſſit origo ſuū veterē nec ꝓbuit vſum
Dona nouella ferēs. quā lex æterna coegit
Nō innata ſequi. diſiūctaq̄ ſemina mōſtrat
Poſſe dari de rore dapes de caute liquores
Nam ne pauca pijs fluerēt miracula cauſis
Saxa vomūt latices ⁊ inundāt nubila panes
Aeruiſq̄ liquor ſolidis induruit eſcis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 28

Quæq; diu vacuas tenuerũt agmina fauces
Frugiferis ſaturant aquis. nimbiq; coloni
Dant epulas. pluuiãq; vorãt ⁊ mandit ymber
Sic inuicta man⁹ ſic gratia plena creãtis
Scit q̄rulos nutrire greges ⁊ ponere ſacros
In patria meliore choros. vt ventris amœni
Fructus ad æternæ floreſcat ſemina vitæ
Dauitica nam ſtirpe ſatus genitrice maria
Christus adeſt. quem tota canunt oracula vatum
Venturum ſub carne deum ſeſeq; creantem
Virgineos intrare ſinus Euoluite quicq̄d
Sabbata veſtra tegũt. typice documenta figuræ
Perſpicitis fulgere ſacri p̄ſepibus agni
Cui⁹ ab igne ſenes hauſerũt dicta ꝯplxtæ
Et dedit ante loqui quod cœpit poſtea noſci
Clamauit ꝟtute potens baptiſta ioãnes
Non ego ſum poſt me veniet. cui tangere non ſum
Calciamenta pedum dignus neq; ſoluere ſummam
Quæ ligat excelſas humilis corrigia plantas
Quam bene vox pauli cecinit præcœpta lauacri
Permiſcens antiqua nouis nec epiſtola ceſſat
Hæc iterare docens. patres baptiſmate noſtri
In rubro fulſere freto ſub nomine moyſi
Per legem. cum petra ſimul ſequeretur euntes
Nã petra chriſt⁹ erat Quid adhuc gẽs ſurda req̄ris:

In libris ſonat ecce tuis ne credere ceſſes
Conſule ſigna maris q̄ miſtica dona ſuſurrāt
Temporib⁹ ventura crucis cum ſanguine ieſus
Tinxit aquas lateriſq₃ vno de vulnere fluxit
Quod vitæ tria dona daret rubor æquoris ille
Cauſa futura fuit. ſic cōditor abluit omnes
Sic emit. hūj precij color eſt in gurgite ponti
Apparentq₃ vado miracula debita ligno

De eo ꝙ adhuc paul⁹ de paſſiōe ꝛ reſurrectione p̄dicans dn̄i rōnes intulit

Sepius obſcuris radios infundere feruens
Mētib⁹ hæc rurſum meōrauit ī ordīe paul⁹
Poſtq̄₃ ſigna dei carnis veſtit⁹ amictu
Chriſt⁹ vbiq₃ dedit faciēs manifeſta ꝙ orbi
Venerit ipſe ſal⁹. ſtimulis agitata furoris
Impia turba fremēs petit hūc a iure pilati
Suſpendi figiq₃ cruci. Terrena ꝓpago
Vota ꝙ optāti nō poſſent omnia ferre
Sponte ſalutiferi ceſſerūt munera chriſti
Qui libertatis precium tibi venit ab aſtris
Perdita reſtituēs tumuliſq₃ iacētia tollens
Reſpice ꝙ ꝓprio maneas obnoxia regi
Ne pereas vult ipſe mori. Poſt triſtia facta
Quinetiam cuſtode dato. ſignare ſepulchrum
Ad geminū voluere nefas, dominoq₃ paratam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 28

Surgendi damnare viam. Proch cæca volũtas
Quæ putat æternũ mortali lege teneri
Et nõ poſſe ſibi poſt funera reddere mẽbra
Qui totiẽs aliena leuat. Demiſtis ab ore
Dauiticæ reſonare lyræ corrupta vetabis
Sanctũ noſſe tuũ Poterat ne in puluere leti
Ferre moras q̄ vita manet. quem ſuſcitat autor
Nil patiẽs de morte deꝰ: mors deniq; victa eſt
Vincendi trãſgreſſa modum. q̄ iudice tacto
Linquere iuſſa reos ſpolijs vacuata vetuſtis
Per ſua bella cadit. Veniẽſq; abſoluere vinctos
Nõ retinẽdus erat Sors vltima cœpit auerni
Jam vita pñte mori quæq; oĩa ſubdens
Ante fuit tũc ipſa perit triduoq; peracto
Lucis iter qui fecit adit. quo tota reſurgit
Jn dño natura ſuo De lege videtis
Lazari nõ poſſe neces hũc q̄rite cuius
Sanguine mũdati regno ſociamur herili
Jn cuiꝰ parte ſumꝰ ſub pignore carnis
Quam voluit portare deꝰ Tũc dogmata quoſdã
Eccleſiæ dãt iſta viros vetuere loq̄las
Vlteriꝰ proferre pias O ſemꝑ inanis
O ſterilis iudea tibi q̄ ſemina vitas
Ne fructꝰ afferre queas. quibꝰ ore magiſtro
Paulus ait. vos iſta quidem vos noſſe deceret

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 28

Aſt aliis hoc lumen erit. nam ſcripta fatentur
Lumen in extremis poſui te gentibꝰ eſſe
Gentiles ſtupuere globi. fontemq̄ ſecuti
Sumere ꝓmiſſæ cupiūt nouitatis honorem
Et limpha genitrice ſati meruere renaſci
Cōuenior ratione loci ꝓ munere tāto
Hiſtoriæ pulſare fidem q̄ ꝑdidit olim
Cum populos gēteſq̄ duas in ventre rebecca
Ferret. ⁊ anguſtis includeret agmina muris
Cōſuleretq̄ rogās oranti corde tonantem
Reſponſum meruiſſe dei prior inq̄t in iſtis
Inferior breuiorq̄ manet: maiorq̄ minori
Seruiet. ⁊ iuuenis palmæ potiet̄ honore
Quicq̄d in hoc vtero fœcūda puerpera geſſit
Eccleſiæ cōceptus habet. formāq̄ ſequentem
Gentilis concurſus agit q̄ creſcit in aluo
In qua victor erat. qđ iam meminiſſe neceſſe eſt
Et ſtudiis celebrare bonis famulemur vt illi
Cuiꝰ ab affectu nos cōtigit ante vocari
Quam naſci. qui dona prius q̄ tpa pſtat

De eo q̄ paulus claudum quendam in liſtris curauit.

IAmq̄ lycaonios incedens paſſibꝰ agros
Liſtrem paulus adit. fuit hac tūc claudus ī vrbe.
Supplicio comitāte ſatus veſtigia ferre

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 28

Neſcius ex vtero membriq pars cœpat ægri
Se naſcēte mori cōperto dogmate pauli
Quo monitore pie tendūt ad ſidera mētes
Mox voluit diuina ſequi Bene claude iacebas
Has primū graditure vias petis æthera ſenſu
Cum nec dum mouearis humo. pedibuſq; negatis
Longius ire vales paulus ſpeculat⁹ inimo
Pectore ꝗ caperet. claudiq; fidel' amorem.
In ꝟbo iam ſtare dei. ſic clarius infit.
Surge citus rectuſq; tuis imponere plātis
Exequitur ꝑcœpta ſal⁹ ⁊ calle nouello
Progredit ꝑſona vetus. motuq; frequēti
Pulſat vbiq; ſolū perq; oīa currere temptās
Sepe timet ꝙ neſcit iter modo greſſib⁹ ortus
Annoſo languore ſenex. qd vt agmina cernūt
Exclamāt diuūq; vocāt ac ſerta miniſtrāt
Vt mactāda feri ꝓcedat victima tauri
Paulus ad hæc tunicā rupit feſtin⁹ aperta
Sic ꝓhibens ratione viros: ſolēnia nobis
Cur ꝑcor iſta datis. fragili quos corꝑe cōſtat
Terrena ſub lege ꝑmi. fuit ipſius olim
Religionis honor. cū numina fuſa metallis
Artifices timuere ſui cum templa dicarent
Abciſis de rupe deis. tūc forte licebat
Innocuos mactare greges fibraſq; tepentes

Conſulere. et vocem pecudis moriētis in extis
Quærere. nūc liberat vanis ceſſantib⁹ aris
Aeterno parere deo. qui ſemīa vitæ
Prebuit ⁊ variis ꝓuentib⁹ arua locauit
Cu⁹ ab imperio plenis cōſurgit ariſtis
De grano moriēte ſeges palmesq; reciſus
Vulnere cōcœptas fœcūdius educat vuas
Quo moderāte polū ſuccedūt ſolib⁹ imbres
Tempora tp̄ib⁹: quæ cum fugitiua recurrūt
Poſt ſua terga vagi. cōſtantia permanet anni
Diſcite iam veꝝ ſacra de ꝟgine natū
In terris celebrare deum. nec vota feratis
Lanigero damnoſa gregi. quos liberat agnus
Vnic⁹. ablutum qui ſanguine cōparat orbem
His dictis inſtructa fides ſed corpis vſus
In geminū ꝓceſſit op⁹. dupliceq; figuram
Perſonat vna ſalus. toto q in æquore mūdi
Eccleſiæ duo ſunt ppl'i p ꝟba duoꝝ
Cui plenas captura duas facit eſſe carinas
Nāq; hæc humano generi collata viciſſim
Claudoꝝ docuere pedes. quib⁹ aſtat imago
Singula quæq; gerens ppl'o cōmunis vtriq;
Quem petr⁹ antiqs tribuit cōſurgere plātis
Ad portam vicin⁹ erat. gens venit ab illo
Circūciſa loco. pſalmi lex atq; ꝓphetæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 28

Cui chriſti cecinere diem. quem paulus ab aruis
Erigit ad templi nunq̃ cõſederat ædes
Longinqua tellure iacẽs. qui gentibꝰ orſus
Cœpit ab ore pio ſolidæ veſtigia mentis
In turbas ꝓferre rudes populoqꝫ mederi
Quem latuit vox priſca dei. ſic claudꝰ vterqꝫ
Cum ꝓperat genꝰ omne leuat. gentiſqꝫ ſalutẽ
Perſonæ ſignauit iter. quæ gloria rerum
Cõtulit vt petro paulũ gerat ordo ſcõm
Qui fundamẽtis. manet architectꝰ in illis
Et tñ autoris memoremꝰ ad omnia laudes
Hij duo ſunt cæci ꝓper antibꝰ vndiqꝫ turbis
Qui dño dixere ſimul. fili optime dauid:
Da tenebras exire graues. da cernere lucem
Quã neſcimꝰ adhuc. ſubitum tũc illa medelæ
Semꝑ amica manꝰ iubar intulit atqꝫ reliq̃t
Nox oculos exulqꝫ dies illuminat orbes
Expauitqꝫ redux inopina crepuſcula viſus
Hos ppl̄os liquet eſſe duos. quos noxia venæ
Cæcauit natura ſuæ. clemẽtia ieſu
Cum celebrauit iter. cum tp̄a carnis habere
Se voluit de luce nouat. purgatqꝫ figuram
Quam delicta dabãt. moxqꝫ integra fulſit imago
Quæ meruit ſentire deũ. pars iuncta cerebro
Maxima ſunt oculi. creat hos in munere chriſtus

Qui caput et ſplendor rerum eſt.pars omnib⁹ vna
Sunt in fine pedes.hos ſanat in aggere cura
Vocis apoſtolicæ.qm̄ ſpecioſa vocantur
Quæ pacem cunctis portāt veſtigia terris
Exortum eſt lumē tenebris p̱ dona magiſtri
Hij ſtatuūt greſſus quib⁹ eſt ſors tradita vbi
Vt vigeat medicina ſequēs bonitate prioris
Paulatimq̃ ſalus in totū trāſeat orbem

Vbi paul⁹ de circūciſione facit mentionē.

Tam rabidas hoīm paul⁹ ſupauerat iras
Velificāte fide.ſubitas vomuere ꝓcellas
Judaica de nube doli.nō primit⁹ vlli
Poſſe lauacra dari q̃ circūciſio carnis
Accædat de lege dei.Gens dura q̄d vltra
Ad lapides ferrūq̃ vocas.·Hoc vmbra figuræ
Nō ſpēs māſura fuit.ſimulata relinque
Quæ iam certa vides.Chriſti ꝓceſſit ab ore
Vita manēs.oēſq̃ iubet de fonte renaſci
Qui veniūt cur mēbra ſecēt.partēq̃ reſoluāt
Cū totum ſaluare queāt.·ne q̄re vetuſto
More p̄mi nouitatis ope.deflexaq̃ retro
Lumina cōſtitui poſtq̃ via rectior omnes
Dirigit ⁊ cæſis illuſtrat ſentib⁹ orbem

De reditu pauli ad hieruſalem.

LIte ſub ambigua paul⁹ loca tendit ad vrbis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 28

Cui radiāt monimēta crucis. ſanctoſq; reuiſit
Juris apoſtolici ꝓceres. quib⁹ omnia pn̄s
Quæ ſint geſta refert Petr⁹ cui maxima cura eſt
Cōmiſſos augere greges ad paſcua cunctos
Se duce læta vocās. has explicat ore loq̄las
Cernitis æternū ſeclis memorata vetuſtis
Quæ pplo docili cecinerūt ore ꝯplexæ
In nobis cōpleſſe deum. q̄ maluit emptor
Omnib⁹ eſſe ſalus nullū diſcernere paſſus
In p̄cio quo vita redit mihi iuſſit apertā
Gentib⁹ hanc mōſtrare viā. quid vota morari
Tardariq; iuuat. q̄d ve hæc enigmata canā
Miſceri cū luce noua. quos gratia purgat
Ut veniāt lux nulla vetat. cœleſtis amoris
Materia eſt feſtiua fides. hāc chriſt⁹ adoptat
Hāc facit eſſe ſuam. qua quiſq; merebit̄ vti
Circūciſus adeſt. ⁊ iure renaſcit̄ vndis
Paſtorē ſtatuere ſequi. placet ergo miniſtros
Jre ſimul. ſcriptiſq; pijs abſoluē gentes
Hoc illis mōſtrare iugū. tamē eſſe cauendū
Ne ſimulacra colāt. quoꝝ libamina ſemꝑ
Execrāda forēt. ne ſuffocata cruore
Quæ maculant̄ edant. ne ſenior hoſte libido
Hos īpura p̄mat. quos lux baptiſmate mūdat
Clarius vt liqueāt hui⁹ documēta figuræ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 28

Et ꝓgreſſa prius cur iam diſcedat imago
Principiū meminiſſe iuuat. deꝰ inq̄t abraam
Ut teſtamētum tibi nūc ſoboliqꝫ perenne
Cōſtituas in carne meū. p̄pucia ferrum
Circūcide libens ⁊ foedera necte ſuꝑna
Secretā ſcrutemur opē. videamꝰ in iſto
Uulnere pacta dei q̄ teſtamēta recondit
Preſcius. vt terris cōſortia iungat olimpi
Quæ vidicit iurare puer. qui primꝰ ad vndam
Repperit eccleſiam currentē a fonte rebeccā.
Corꝑis ille locꝰ quo circūcidit̄ abram
Luxuriā laſciuus habet. vicijqꝫ miniſter
Naturæ ſub lege iacet.' pater ipſe futurus.
Semīs vnde ſalus ad vitam pullulat orbis
Euacuat qđ culpa grauat. trūcata libido
Uirgineū ꝓmittit opꝰ. hæc nāqꝫ ꝓpago
Diuinū cōcœpit iter. hinc ſacra maria eſt
Ad partum generata nouū. q̄ cōiugis expers
Mater ineſt natuſqꝫ dei ſub ꝟginis aluo
Emicat. atqꝫ hoīm mediator in oīa cōplet
Hinc terrena leuās. illic cœleſtia p̄ſtans
Præterit ergo vetꝰ chriſto naſcēte figura
Hæc faciēs ius omne iuuat. cultroqꝫ fugato
Spiritꝰ ardeſcēs cor circūcidit in vndis
Qui ſanant̄ aquis ne figant vulnera mēbris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 28

Cur paulus prohibebatur a ſpiritu ſancto in aſia predicare

NEſcius interea curis laxare quietē
Paul⁹ in orbe docet vbiqꝫ ligonib⁹ omnes
Excolit. ⁊ fidei cogit flaueſcere meſſem
Erroꝝ fugiēte gelu quem ſpūs almus
Hæc aſiæ ꝑferre vetat. nec mœſia quiuit
Diues agris hui⁹ tunc ſemina ferre ſalutis
Fœcūdo ieiuna ſolo. vir quippe macedo
In ſomnis hæc viſus ait. miſerere ꝑcamur
Illiricos dignare ſinus: o gratia quātum
Improuiſa parat. ſubito flāmant amore
Qui poſitum iam temp⁹ habēt. ſic nocte fugata
Doctiloquus cōuertit iter. fructuqꝫ loq̄læ
Veſcit eſuriens macedonia perqꝫ ſoporis
Dona ſalutiferam meruit cōprendere linguā
Queſtio crebra ſonat ſi plen⁹ munere largo
Prædicat omnipotēs. nō veni ꝑdere mūdum
Sed ſaluare magis. faciat q̄ cauſa negari
Hæc aliis aliiſqꝫ dari cum ꝑdiga ieſu
In cōmune velit pietas ſuccurrere cunctis
Suppetit affatim exemploꝝ copia noſqꝫ
Lectio multiplicē docet hac in ꝑte figuram
De qua pauca canā. luca narrāte relatum
E ppl'o quidā chriſto comes ire rogabat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 28

Quem ſecum prodire vetat.qui deinde tacentem
Spōte vocat.nouit mundās interna magiſter
Quæ vbum iam corda ferāt.quos obſtruat intus
Error iniquus adhuc.vt tūc doctrina miſtret
Officiū.cum tuta venit.ne ſancta qd inqt
Incipiāt violare canes.cœnoqꝫ grauati
In margaritas vertāt cōtagia porci
Altera res etiā ſupeſt in carmine dura
Sed quibꝰ ex veteri patuerūt oīa fonte
Orē datas tenui facile eſt aduertere guttas
Exodus ille liber memorat velamīa ſacri
Pontificis.qua nempe queat ſplēdeſcere veſte
Officijqꝫ habitu nitido cōponere cultu
Qui ſegmētatꝰ medijs altaribꝰ aſtat
Quas int̄ ſpecies parili numerant̄ amictu
In femore exuuiæ.qbꝰ indumēta pudoris
Progrediēs ad templa locet ſtudeatqꝫ ſacerdos
Obſtrictis renibꝰ miſteria caſtus adire
Qd ſtatuit lex priſca magis deiūctaqꝫ iuſſit
Tūc hæc mēbra tegi q̄ poſſidet atra libido
Cum ꝑperat libare deo laxata relinquēs
Cōiugio poſt ſacra tn̄.ne partior vſus
Ad ſobolis nō ſtaret opꝰ.ſteriliqꝫ marito
Cōiugij frigeret amor cū certa ꝑpago
Hoc ſolemne gerēs nullos admitteret vnqꝫ

Externa de ſtirpe viros. vbi nomine priſco
Ex aditis pdurat honos. pleſqꝫ p æuū
Sanctificāda redit vicibꝰ ſupplēda creādi
Eccleſiæ nūc alma fides ſine fine pudicos
Pontifices iubet eſſe ſuos. ⁊ q̄rit in omni
Cauta tribu quos rite pbet. nec ſanguis iſte
Sꝫ meriti ſucceſſus erit. tn̄ illa figura
Qua ſine nulla vetꝰ ſubſiſtit lr̄a demū
Hac meliꝰ nouitate manet. variatqꝫ recurrēs
Alterna rōne vices ne forte ſacerdes
Tūc generare velit cum necdū mente capaces
Cernit adeſſe greges. cūqꝫ inſtat mouerit ardor
Diſcēdiqꝫ fames vt apertiꝰ ora reſoluat
Nec quiſqꝫ ieiunꝰ eat. nam ſemine ꝟbi
Prolem poſſe dari paulꝰ quoqꝫ ſcpiꝰ inquit
Filioli dicēdo mei: iuuat ergo parūper
Eloquij genitale pmi ſtudiūqꝫ docentem
Diſpēſare ſuū laxās p tpe vires
Ingenij ſtrictaſqꝫ ferēs. ne fuſa pphani
Cōculcata terāt mūdatis ſancta reſeruās
Fas vetat inde q̄ri. culpis hoc ipūtat adæ
Euenæ pœna ſuæ. qd eīn rea fauce parentū
Progenies ſibi iure petat. ſator ille benignꝰ
Ni donare velit qnicq̄d temerariꝰ error
Corrupto natale tulit. via ſola ſalutis

Affectus parcentis erit:miſeratio ſemꝑ
Cōditione caret.ꝓſtans indebita chriſtus
His pius accelerat.iuſtuſqꝫ his munera tardat

Ubi paulꝰ a puella phitonē ꝓpulit

IN macedum terris cū mœnia nota philippi
Doctoris celebraret iter.bachata puella
Sub ſtimulo phitonis ait paulū eſſe miniſtrū
Aeterni ſcitote dei.ꝓfeſſio vera
Mendaci de teſte ſonat vocēqꝫ fidelem
Perfidꝰ autor habet.ſꝫ nō defert honori
Qð cogit formido loq̄.nec mēte cogeret
Nudꝰ amore timor.paulus miseratꝰ ab atro
Demone corda p̄mi:nolēſqꝫ licere ꝓphano
Diuinas aperire vias.fuge dixit ad iſtā
Ulteriꝰ temptare caue:nil iuſſa moratus
Hoſtis abeſt.vacuāqꝫ domū poſſeſſor iniquus
Deſerit.ac ꝓfugo mulier ſanata periclo
Cōticuit de laude viri.q̄ cœpta peregit
Pluſqꝫ tacēs hoc eſſe docet.de munere vulgi
Hæc quæſtū faciebat heris.quos turbidꝰ implet
Quo caret illa furor ppl'iqꝫ ꝓcacis in aure
Seditione fremūt rhomanis obuia ſacris
Sacra dari rituſqꝫ nouos exire ꝑ orbem
Et veteres cecidiſſe deos.tūc agmina raptim
Fuſcibꝰ īnumeris eliſo corꝑe pauli

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 28

Cōueniūt vbi carcer erat. quem ſedibus imis
Includūt comitāte ſyla. veſtigia quoꝝ
Ligno merſa cauo vinclis tenuere beatis
O fœlix de clade lacꝰ. cui clara refulgēt
Lumīa ꝑ tenebris. in quo dedit eſſe perennem
Nox antiqua diē. niueā tranſlatꝰ in aulam
Eccleſiæ cunctiſqꝫ ferēs modo dona ſalutis
Quam bene carcer erat. tota cōcurrit̄ vrbe
Qui primꝰ noua tecta petat q̄ ve oſcula figat
Poſtibꝰ et tacta ſacret̄ ꝑte chylindri
Jam nocturna quies ꝑ corꝑa ſerpere feſſa
Cæꝑat exilijt tellus imitata ruinā
Viſceribꝰ cōcuſſa ſuis. ⁊ clauſtra relaxās
Nota vagat̄ humus ſeruitqꝫ canentibꝰ hymnū
Tempeſtas famulata ſoli. pch quāta pateſcis
A nullo ſuperāda fides. veniēte periclo
Pœna fugit. geminoqꝫ metu diſcrimīa creſcūt
Ut perdāt tormēta locum: tremefactꝰ ab alto
Excutiēs ſua mēbra thoro cum libera cuſtos
Cerneret antra necis. gladij mucrone retecto
In iugulū vult ferre manū. ſed nō licet vlli
Paulo teſte mori. cuiꝰ ſolamīe vitam
Repperit. atqꝫ ſuo meruit de carcere ſolui
Deſcendenſqꝫ domū ſacris fomēta miniſtrat
Vulneribꝰ liquidāqꝫ parat ſibi redditꝰ vndam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 28

Cœleſtem nacturus aquam. nam corda ſaluti
Figere paulꝰ amãs cunctos ſimul amne fluẽti
Diluit. ætherei patuit cui lumĩs ante
Gratia nõ perimi. creuit poſt vita renaſci
Glandiloquis olim capta eſt ſermonibꝰ æuo
Decœptura viꝝ. nũc improbꝰ ora puellæ
Quæ tũc demon agit repetẽſq; ad crimĩa ſexum
De quo prædo fuit multis ventura canẽdo
Peccati cõceptor erat. ſed apoſtolus adam
Jam melior. cœleſte leuãs in imagĩe ſignũ
Qui fuerat terrenꝰ homo. nec certa recœpit
Nam fallit qđ ab hoſte venit. metuamꝰ vt omnes
Hoc audire nefas nec corrũpamur amari
Melle doli ſi vera canat q̄ falſa miniſtrat

De eo ꝙ paulꝰ athenas introiẽs cũ epicu reis ꝛ ſtoicis ſuꝑ cultu uniꝰ dei diſputauit.

Ingenijs claras ꝛ linguis paulꝰ athenas
Ingredit̄ tumidãq; feris cõflictibus vrbem
Eloq̄o torrente ꝑmit quem turba ꝓfari
Doctiſonis mirata modis quibꝰ inquit ab oris
Verboꝝ fluit iſte ſator: plebs neſcia paulũ
Semina ferre vocat· fruiturq; errore magiſtro
Vera loquẽs nãq; hic fœcundꝰ in orbe viator
Ambulat atq; colit cuiꝰ labor omnibꝰ inſtat
Vt creſcat diuinꝰ ager purgataq; fructũ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 28

Mens humana ferat. lolij ne ſordeat herbis
Quam ſegetes portare decet man⁹ æmula cogit
Ad pceres hūc ire ſimul quib⁹ edidit aſtās
Cæcropidæ quos fama canit ſermone diſerto
Gymnaſijs vernare ſuis vbi pſidet altua
Sacrilegæ nouitatis amor. vos cernim⁹ aram
Ignoto poſuiſſe deo. qui cōdidit aſtra
Qui pelag⁹ terraſqꝫ dedit. quem vita parentem
Ut moueamor habet. cui⁹ ſpiram⁹ ab igne
Cui⁹ imago ſum⁹. de quo cecinere pphetæ
Hinc hoīm cōſtare gen⁹ quem pdico cuncta
Sanxit ab ore ſuo. cur hæc diuina vocatis
Quæ facitis. vacuoqꝫ metu cœleſte vocatis
Auxiliū. qđ gignit humus: natura metalli
Viſcerib⁹ iacet ima ſoli. quib⁹ exuta ſumit
Ingenij fabricātis opem. ſeu numina templis
Hinc veniāt ſeu vaſa focis: ſibi cauſa timori
Ars opata deos. dn̄m ſup oīa fuſum
Claudere nemo poteſt quiſqꝫ artare figuris
Quod capit min⁹ eſt ſpacio capictis in auro
Materia eſt. opifex rex nō ſuſtinet vſum
Quem ſimulāt quos ipſe creat. qꝫ dura luetis
Crimina. qꝫ ſtultam ſeſe ſapictia veſtra
Judicij eſt cenſura die cum corpa chriſtus
Surgere cuncta iubet. tormētaqꝫ fine carebūt

Vtq; reos cruciet ſeruat quos deuorat ignis
Sic caro iuncta deo. carnales expiat actus
Et cõmiſſa ſibi: coram hac examiat vltor
Qua voluit moriēte pati quā funeris expers
Viuificare volēs poſt tartara reddit aſtris
Hæc multos ad dona vocāt. dyoniſius ipſe
Prim⁹ in arte loci noua pmia iūgit honori
Cōplexuſq; fidem ſic incipit eſſe ſophiſta
O lupe paule. rapax dedit hoc bñdictio iacob
Nomē habere tibi. qd iam remanebit in orbe
Quod nō ore trahas. poſtq; ſolercia graia
Ceſſit, et iuictas in dogmate vincis athenas
Cur epicureus vel ſtoicus ipia ſoli
Bella cient: reſerare op⁹ eſt quo noīe multi
Sactar coiere greges: vitā ambo beatam
Elegere ſequi. quam corpe diligit alter
Hic animi ꝟtute colit: dat et actio pauli
Ad vitam pcœpta piam. ſic themate iuncto
Hi magis alternis ſoluerūt vocib⁹ ora
Corpis atq; aīæ cōmiſſus partib⁹ extat
Plenus homo. ſed nūc ſtudijs diuerſa ſequētes
Ambo volūt ſed neut habet. vas huic plenū
Subdit vtrūq; dep video clamās caro menti
Quam ſit iniqua meæ rurſuſq; ſalubrit infit
Nō ꝓpria de pte geri qd gratia donat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 28

Hoc celebremus iter. vita eſt q: chriſtus ⁊ ipſe
Se vocat eſſe viã ꝑ ſe gradiamur vt ad ſe
Sanctaqꝫ ne pedib⁹ poſſet ceſſare lucerna
Præco datus fidei veſtigia ſuggerit orbi

Ubi paulus aquilã cõuertit ad chriſtũ

a ATtica diſcedens iam liq̃rat agmĩa paul⁹
Eloquijs ſuꝑatata pijs. bimariſqꝫ chorinthi
Mœnia iuncta petẽs populoſam repperit vrbem
Quæ licet alterni cõtingeret æquoris vndas
Perpetuas ſitiebat aquas. vbi pontic⁹ ille
Aquila tũc p̄cœptor erat vir plurima laudis
Inſtrumẽta gerẽs cuius ſe paul⁹ amico
Cõtulit hoſpicio ſociã dignat⁹ adire
Artis amore domũ. nam ſcenifactor vterqꝫ
Pollebãt opis ſtudijs ⁊ dogmate legis
Chriſt⁹ ait. nũc paule doce. nõ obuiat vllus
